



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. III. Jesus Judæ & hostibus suis pergit obviàm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

MARGARITUM SPIRITUALE. 87

DOMS- fallacium oblectamentorum, ar- **NICAR**
PASSIO- reptaque viriliter cruce poeniten-
NIS EX- tiæ & afflictionum, sequere Chri-
ELICA- stum Dominum tuum: simulque
19. cum ingenti compassione & inti-
mo amore conspice miserabilem
ac deformem figuram Salvatoris
tui, cogitans te esse causam pas-
sionis ejus. Expende diligenter,
quanta fuerit interna animæ il-
lius angustia, ex lignis externis
maximè afflicti corporis. Adora

*¶ sal-
tem illi
compati-
amur, &
sollacry-
mumur.*

*¶ Homo
bonæ
volunta-
tis in
defectu
merito-
rum suo-
rum ob-
tendit
merita
& sangui-
nem
Christi.*

illum, & gratias age. Venite &
vos quotquot Deum amatis, si-
mul procidamus coram Domi-
no: & si sanguineas lacrymas fun-
dere non possumus, saltem aquam
stillent oculi nostri. Quod si ita
duri sumus, adeoque lacryma-
rum vena nobis obstructa est, ut
nee oculis flere possimus: saltem
corde & desiderio ploremus, *
sanguineumque illius sudorem
offeramus pro lacrymis quas non
habemus, quasque præ cordis du-
ritia fundere non possumus.

CAPUT III.

*Jesus Iuda & hostibus suis pergit
obviã.*

1. Iuda militibus occurrit Christus,
2. Amore immenso præcedentem timorem peni-
tentiæ absorbente.
3. Osculum Iudæ suscipit, dulcissimisque verbis
ejus ingratum cor provocat ad poenitentiam.
4. Misericordia Christi semper patet volenti-
bus eam apprehendere.
5. Punico verbo hostes suos prosternit, passivus;
quid facies judicaturus? Ego sum paratissima
resignationis verba.

*¶ I-
desu ob-
viã is*

SCIENS deinde Dominus Je-
sus, proditorem suum Judam

advenisse, stipatum caterva ho-
minum impiorum sanguinem suum
sifitentium, qui ipsum tamquam
latronem comprehendere vene-
rant cum lateris, gladiis, fustibus,
& ingenti armorum strepitu:
ceu agnus innocens, plenus
cum affectu, & ardenti dilectio-
ne benignissimè eis perrexit ob-
viã.

*Iuda, &
militibus
Ioan. 18.*

Attende nunc, ô anima mea,
interioribus oculis immensum a-
morem Salvatoris tui. Vide quan-
topere sitiit redimere te. Aspice,
ut cor illius velut olla fervens in-
tra ipsum ebullierit. O dulcis Ie-
su, unicum solatium cordis mei!
ubi jam est timor qui te paulò an-
te invaserat? ubi graves gemitus?
ubi tremor anxius? ubi hor-
ror ingens mortis? Cùm adhuc
procul abessent hostes, ad mor-
tem usque tristabaris, & sangui-
nem sudabas: jam quando in ocu-
lis sunt inimici tui, instar leonum
rugientes, quò fundant innocen-
tem sanguinem tuum, nihil ti-
mes, nihil trepidas, sed metus
omnis procul abcessit. Venit
proditor tuus cum turba homi-
num sanguinariorum, & illis
procedis obviã. O bone Iesu!
ô dulcis amator hominum! quid
hoc est? Quis amor cor tuum ab-
sorbuìt, ut ad mortem ceu ad nu-
ptias properes, hostibus perinde
ut amicis obviã procedas? O
clementissime Deus! quem non
hæc tanta charitas incendat? quis
ego sum, ut tu dominus domi-
nantium, Rex cæli, terræque Im-

*2°
Iam om-
nem car-
nem timo-
rem ab-
sorpsit a-
mor salu-
tu nostræ*

*Tanta
amore
indignè
sumus.*

M pe-

DE
NICAE
CASSIO-
NIE IX-
ELICA-
TIO.

3.
Non re-
nuis leſa
ofculum
proditoru
Iſa. 53.
1. Pet. 3.
Mat. 26.
Devota
pondera-
tio ver-
borum
Chriſti
ad Iuda:
Amice.

perator, pro me vili terrae vermi-
culo tam ultrò te ipsum ad mor-
tem, & in ipsas crudelium ho-
stium tuorum manus, offerres?

Ipse ergo fons inexhaustae pie-
tatis Jesus à Juda ingratiſſimo mi-
nimè se avertit, cum non verere-
tur ille osculum petere sacri oris
ejus: sed ipsum dulce & amabile
os suum (in quo dolus non fuit)
ad spurcissimum os illius, malicia
abundans, suaviter applicuit.
Quin & verbis eum amicabili-
bus aggressus est, dicens: *Amice,*
ad quid venisti? ac si diceret: Itane
de te meritis sum Juda? Num
peccavi in te, lavans pedes tuos,
curvans tibi genua mea, reficiens
te Corpore & Sanguine meo? *A-*
mice, ad quid venisti? Adeò ne tri-
ginta me argenteis viliores ha-
bes? Cur à me aversus es, qui Apo-
stolatùs te titulo honoravi, in de-
liciis enutrivì, & tamquam pro-
prium Filium meum sollicitè
institui? Quare me dereliqui-
sti fontem aquae vivae, & conjun-
ctus es servis diaboli? Cur decli-
navit ad avaritiam cor tuum, &
me summum ac perenne bonum
reliquisti, vilissimo me pretio
vendens, qui omnes in me habeo
sapientiae ac scientiae thesauros
absconditos, qui caelum terram-
que locupletò & impleo? *Amice,*
ad quid venisti? Ad te ipsum, quae-
so, intrò convertere, in te ipsum
paulisper descende, redi ad cor
tuum; vide quò deveneris, adver-
te quid feceris. Etiam nunc tibi
patet gratia mea; tantum cum

Item. 2

Psal. 113
Ad quid

Colof. 2
1. Cor. 13.

Emisti?

dolore ad me revertere; & ego
suscipiam te.

Quis jam ultrà lacrymas cohi-
bere queat, tam ineffabilem Chri-
sti erga proditorem suum atten-
dens benignitatem? Quis jam
desperare aufit de misericordia
Dei? O Jesu dulcissime! si tradi-
tori, si inimico, si nequam & infi-
deli servo, tam fidelis, amabilis, &
ex animo bene affectus fuisti, a-
deoque eum & revocare & salva-
re laborasti; quid ergo charis fa-
cies amicis tuis, qui ex toto corde
te quærunt, litiunt, & diligunt?

O anima quaecumque es impati-
ens, saeva, & vindictae appetens,
quaeque unico verbo ad iram & con-
tumeliosa verba, atque ad tui ul-
tionem experendam commove-
ris, attende quæso, uti Christus
non dedignatus sit alloqui vilis-
simum proditorem suum, eumque
amicum dicere, & dulciter oscu-
lari. Tu verò præteris proximos
tuos, eis loqui contemnens, tali-
que dedignatione tua ad odium
eos invidiamque provocas, sic-
que animas illorum perdis, quos
amicabili adspectu & suavi ver-
bo placare & ad charitatem mo-
vere posses.

Deinde Christus etiam ceteros
inimicos suos amicè admodum
astatus est, dicens: *Quem quæritis?*
Responderunt ei: Iesum Nazare-
num. Dicit eis Iesus: Ego sum.
Quod cum dixisset, abierunt re-
trorsum, & ceciderunt in terram.
Hic exclamans Augustinus, dicit:
Una vox dicentis, Ego sum, tantam

4.
Adit
ad mis
ericord
omni
lenti
pa
tes.

Intr
no imp
tencia
& ama
ritud
in prom
m.

5.
Ioan. 11
Solo
bo adun
suar
suar
t.

In Ioan.
11. 114

CAPUT IV.

Iesus capitur, ligatur, impiè tractatur, ad Annam ducitur, & à Petro abnegatur.

DOMINICAR PASSIO NIS EXPLICATIO. turbamodiis ferocem armisq; terribilem sine reo ullo percussit, repulit, stravit virtute Divinitatis latentis. (DEUS enim latebat in carne)

Quanta ergo potestas in iudicando hoc fecit? Quid regnurus poterit, qui moriturus hoc posuit? Hæc Augustinus. Post hoc signum, iterum eis surgendi fecit potestatem, ipsos quali à morte suscitans, dixitq; secundò ad eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Ac si diceret: Paratus sum implere voluntatem Patris mei, & offerre me ipsum hostiam vivam ad honorem & gloriam Patris, pro salute hominum. Paratus sum antiquum illud hostis maligni delere chirographum Sanguine meo, & hominem ab æterna morte redimere. Certè Pontifex vester vaticinatus est, necesse esse, ut unus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat. Ille ergo homo ego sum. Ego ego sum agnus ille innocens, pro salute populi offerendus. Ego sum quem queritis. Capite me, rapite me, ligate me, ad mortem quoque ipsam ducite me. Ceterùm finite hos abire. Nulla vobis in discipulos meos facta potestas est: in me solum potestis desævire. O amor ineffabilis! O verè bonus pastor! En ut in finem dilexit oviculas suas, opponens se pro illis luporum dentibus.

Ego sũ, Verba paratiſſime reſignationis pro ſalutis noſtræ.

Joan. II. moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat.

In ipſa ſui comprehenſione diſcipulis conſulit.

Joan. II. Ceterùm finite hos abire. Nulla vobis in discipulos meos facta potestas est: in me solum potestis desævire.

Joan. II. verè bonus pastor! En ut in finem dilexit oviculas suas, opponens se pro illis luporum dentibus.

- 1. Lenitas Christi erga milites ipsum captivum
- 2. Rationabilis & pia ponderatio, quanta Christus in hac comprehensione tormenta pertulerit.
- 3. Attende hinc acerbiter passionis, amorem patientiæ & ingratitude meam.
- 4. Christi à militibus comprehenſi graphice in Psalms delineata est idea.
- 5. Accensio frigiditatis cordis nostri cu ardentiſſimo Christi amore erga nos.
- 6. Fuga diſcipulorum: quantumq; eos puduerit, quomodo Magiſtro ſuo condoluerint.
- 7. Ieſu ſana auriculam Malchi.
- 8. Ad Annam ducitur vincit, & inter dicitur ſaturatur opprobriis.
- 9. Humilibus reſponſis ad interrogata Pontifici doctrinam ſuam conſtanter defendens, à ſervo inſtitam manuere perſe.
- 10. Tanta manſuetudo noſtram arguit impatienciam & iracundiam.
- 11. Petrus ab ancilla territus Chriſtum abnegat: ſed ad ſe reverſus plorat, & poenitet.
- 12. Dolor & compaſſio Chriſti ex lapſu Petri, diſcipulorumq; ſuorum.

TUNC verò ingenti cum ferocitate ceperunt Iesum, & velut canes in innocentem agnũ, cruentos ungues crudeliſſimè infixerunt. At ipse Iesus lenibus eos verbis blandè compellavit, dicens: Tamquam ad latronem existiſtis comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuiſtis. Sæpè quidem & capere me & occidere deſideraſtis, ſed nõndum venerat hora mea. Jam verò adest hora illa & potestas tenebrarum: explete jam ſitim & ferocitatem veſtram in me.

Tunc diſcipuli omnes, relicto Magiſtro ſuo inter manus impias fu-

Mat. 26. Manſuetate obſurgatione milites in captivam irruentes alloquentur

Lus. 22

2. Mat. 26. Unde est

